

VERSUS POPULARES IN TIBERIUM ET
GERMANICUM

1 Asper et inmitis, breviter vis omnia dicam?
Dispeream si te mater amare potest.

2 Non es eques — Quare? — Non sunt tibi milia cen-
tum —
Omnia si quaeras, et Rhodus exilium est.

3 Aurea mutasti Saturni saecula, Caesar,
incolumi nam te ferrea semper erunt.

4 Fastidit vinum quia iam sitit iste cruorem:
tam bibit hunc avide quam bibit ante merum.

5 Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Sullam
et Marium, si vis, aspice, sed reducem,
nec non Antoni civilia bella moventis
non semel infectas aspice caede manus
et dic: Roma perit! regnavit sanguine multo
ad regnum quisquis venit ab exilio.

6 Salva Roma, salva patria: salvus est Germanicus.

5

a